gue: aut ex distractōe nimia vlt hmoi: Rñ. Arch.
flo. fm Jo. de catabug. antiquū doc. q sacralis ab-
solutio pexigit cōfessiones. Confessio vo importat
oris reuelationē: q; no pōt esse sine relatiōe vnus
et ceptōe alterius. Cum ergo alterū istorū. s. pce-
ptio sacerdotis deficiat in casu pdicto: credo de il-
lo peccato no esse confessionē & p pñis nec impendi
absolutionem.

¶ Quidam sacerdos parochialis teneat audire cō-
fessiones suoz parochianoz quocienscuq; volue-
rint eodē anno cōfiteri: Rñ. fm Rich. in. iij. dist.
xvij. q. de necessitate no tenet ordinarie sacerdos
audire cōfessiones suoz parochianoz: nisi qm illi
de necessitate tenent pferi: qd est semel in anno. &
qm sunt in infirmitate graui cōstituti vel imminet
eis piculū mortis. Si tñ pluries voluerint pferi:
& sacerdos curatus eos absolueri noluerit: tñc libe-
re pnt subditi aliu sacerdotē adire & eidē cōfiteri: &
ille pōt eos absolueri: nisi prius eozū sacerdos qui

Confessor. 1.

eos audire noluit ad aliquem determinatū sacerdotem illos miserit. quia si audire nō vult eos. nec ad aliquem sacerdotem mittere: implicite: licentia ut ut illa vice confiteantur cuiusq; sacerdoti voluerint.

¶ Quid si confitens sit excoicatus et non possit absolui a suo confessore. nunquid absoluet eum a peccatis? **Ri.** quidā dicunt: vt refert **Ri.** anglicus in suo quolibet. qd si nō statim ipm penitentē quin absoluat: nec est in mora petēde absolutionis: nec timent qd negligētia fiat ad petēdū absolutionem. poterit eū confessor absoluerē a peccatis. Sed contra hoc arguit idem **Ri.** qd cum p excoicationem pferim maiorē: quis sit priuatus picipatōe factorum. non video qualiter excoicato possit absolutionis bñficiū impartiri. Licet em in contritione ois culpa dimittat. non tñ ois pena. Quia igit excoicatio separat a picipatione factorum: non video qualiter excoicatus possit esse capax virtutis alicuius sacri. sicut etiā de baptismo qui est ianua factorum. qd igit virtute absolutionis sacralis aliquid de pena tpali dimittit: in quā virtute contritionis cōmutata est eterna. non video qualiter penaliter sepatus ab efficacia ois sacri possit illud bñficiū recipere. Idem tenet **Ri.** in. iij. Vbi tenet indubitanter qd excoicatus sine iuste: sine iniuste: sine steterit per eum qd non est ab excoicatione absolutus: sine nō: non p̄ absolui a peccatis. excoicatōe manēte. Idē tenet **Vgo** de castronouo. in. iij. Idem **Jo.** de notō in. iij. Idem **Donal.** in sum. dicens. qd licz alia opinio sit benignior. nō ista est securior. et qd hoc habet generalis consuetudo. Idem **Directoria.** Idē tenet **Arch.** flo. Nec cōtrino: nec bona dispositio confitentis aliquid facit ad hoc. quinimmo etiā si esset optime et summe contritus adhuc excoicatio ne manēte: non posset absolui a peccatis vt dictuz est. Et hoc puenit ex natura ipsius excoicationis qd est tante malignitatis. qd nō nisi ea remota. quo ad ecclēsiā remitti non p̄nt peccata. et de hoc videt casus in. c. a vobis el. ij. de sen. ex. vbi habet qd licet quis sit deo reconciliatus p contritionē: necesse est tñ vt postmodū reconciletur ecclēsie. qd reconciliatio nullo modo fieri p̄t regulariter nisi p confessionē et absolutionē prius a censura si qua erat. Nec ob. qd dicit qd excoicatus plurib; excoicationib; potest absolui ab vna altera manente: extra de sen. ex. cuz p eā. ergo est princeps absolutionis. dico qd hoc argumentum nihil facit ad ppositum et equiuocat de absolutione. qd licet excoicatus possit absolui ab excoicatione altera manente: non sic est de peccatis. qd absolutio ab excoicatione respicit forum extrinsecum. et sic p̄ absolui a peccatis excoicatione manente. immo **Imola** in de. religiosi: de p̄uul. dicit qd si quis scienter admittit excoicatū ante absolutionē ad factm pnie incurrit excoicationem minorē ex participio. Et multi confessores non ignari solent excoicatū p prius absoluerē si possunt anteq; eum audiāt de peccatis. Et hoc videt laudabile.

¶ Quid si vnus audit confessionē. sicut faciebant

aliqui fatui monachi scētes qd absoluerē non poterant. remittebāt curato. vt absolueret de casib; qd non audierat: **Ri.** Directoria qd hoc fieri non p̄t.

¶ Quid p̄pone qd duorū p̄byterorū: quorū vterq; est p̄byter in solidum eiusdem parochie. vnus a casu vel a pposito audiat confessionē alicuius parochiani sui confitētis socio suo qui mouit facta confessione anteq; absoluat penitentē. nūquid ille qui sic audiuit eius confessionē poterit eum absoluerē? **Ri.** qd nō. Ad factm em pnie. necessaria est intentio. et ex pte confitētis et ex pte absolūtis. Cum ergo confitēs vni: nullo modo intēdat confiteri alteri. alter nullo modo p̄t eum absoluerē vel ligare p confessionē facta alteri.

¶ Si ep̄s cōmittit vicario suo vel alteri. et in mandato aliquid exp̄ssit de his qd requirūt spāle mādatum secuta generali clausula. et oia alia qd p nos possumus etiā si mandati exigāt spāle fm **Do.** sans videt qd talis etiā possit spālia ad instar pcuratoris. Secus si de spālib; non fuisset ibi aliquid exp̄ssum p regulā. In generali de re. iur. li. vj. et p. c. ij. de pe. et re. co. li. qd tñ videt intelligēdū quantū est de virtute verborū et in foro contentioso. nam in foro conscie si aliter constaret de intentōe conferētis auctatem. qd ille intēderit hoc etiā si non exp̄ssisset aliquid. In generali concessione intelligēt spālia. rxi. q. v. humane aures. Et hoc idez dicit p̄t de auctate data ab ep̄o confessionib;. qd dicitō: do vobis auctatem meā in confessionib;. non intelligit p̄ter hoc concessisse casus suos. nisi aliter cōstaret qd p hoc verba generalia intēdat casus suos cōcedere. Sed dicitō istū vel illū et oēs alios meos casus tunc intelligit totū dedisse. Item nota fm **Arch.** flo. qd ex hoc qd papa daret alicui licentiā qd possit sibi eligere quēcumq; etiā religiosum p audiendo confessiones. vel p p̄dicatione. tñ hoc non p̄t licentia suorū p̄latorum: extra de iude. qd sit. Si tñ in dicto casu audiret religiosus confessionē sine licentia sui p̄lati simplr: teneret absolutio. Ita qd nō esset reiteranda talis confessio licet malefaceret. Idē **Pe.** de pal.

¶ Vtrum officialis ep̄i habeat auctatem in penitentis casu ep̄alium? **Ri.** fm **Do.** sti. qd non. nisi exp̄sse pateat qd hoc voluerit ep̄us. Et si habet. et non est sacerdos dicit alteri delegare. Et fm **Panoz.** in de. j. de p̄uul. iste officialis ep̄i hz solū iurisdicōnē in foro p̄tentioso. nec dicit impedire in sp̄alib; vt in. c. hz de offi. vi. li. vj. hoc intelligit: vt dictū est nisi aliud ex grā habuerit ab ep̄o. Secus tñ videt dicendū de vicario generali ep̄i in sp̄alib;. exp̄ticia teste. de his vicarijs. vide. j. c. vicarius.

¶ In articulo mortis omnib; sacerdotib; de oib; peccatis et sententijs concedit absolutio. Vide s. de hoc diffuse. Absolutio primo in fi.

¶ Quid si aliquis excoicatus in qd indicia fuerint pnie manifesta. nec p eum stetit quominus recōciliaret. nō suscepto bñficio absolutionis deceffit an. p absoluto ab ecclēsia sit hñdus? **Ri.** qd tali defuncto bñficiū absolutionis impēdat. Sic tñ vt illi mortui absolutio a sede applica requiratur: qui cum viueret ab ea fuerat absoluentus.

Confessor. ij. De eius scientia.

Confessor. ij. De eius scientia. Tria fm al. debent esse in pffessore. scilicet scientia discernendi inter peccata. In qñtuo de eis cauta et discreta penitentie seu satisfactiois inunctio: nec sacerdos tenet scire discernere nisi in comuni: que. s. sint capitalia: et q̄ mortalia comu- nia: et q̄ venialia ex genere. Et sciens hec sufficiens reputat pro ep̄is hui⁹ necessitate ad pffesiones au- diendas. Est tñ piculosum audire pffesiones non habenti cōpetentē noticiā casuum pape et ep̄oz: vt in de. religiosi de priuul. Quo vō ad casus ep̄ales synodales vel archiep̄ales non sic tenet scire fm Dir. li. iij. ti. ij. vbi dicit q̄ religiosus p̄babit p̄t ignorare talia statuta: q̄ in facto p̄sistunt: et mari- mō cū talis non teneat ire ad cōcilia ep̄alia vel ar-chiep̄alia. Ideo excusat fm v̄y. Ad hoc etiāz for- tius obligat q̄ se offert sponte tali officio: vel le in- gerit. Talis em̄ tenet de omni exacta diligētia. ar. ff. depo. l. j. s. sepe. vbi dicit q̄ qui obrulit le depo- sito tenet etiā de leuissima cu pa. vbi als non tene- retur nisi de dolo et lata culpa. Qui aut̄ nō ingert se sed requisit⁹ exerceat et charitater: satis videt q̄ non teneat nisi inquātū scit vl potest comode sci- re. Et q̄ hic agit ad merā vilitatē alterius: sicut et de deposito. Si q̄s vō pffessor dubitat de sua ppe- tenti p̄tia p scientiā seu exp̄ientiā vel etiā dubitat si alius p̄tio: reperiat qui hoc possit et velit: excu- satur obedientia p̄lati. xxij. q. j. quid culpaf. Itē in pffessore requirit p̄scientia magis q̄ scientia. de pe. di. vj. qui vult. Et ideo existens in mortali au- diendo pffesiones mortaliter peccat: fm quosdaz Nam fm Tbo. et Al. existēs in mortali quicunq; l aliquo actu exhibet se vt ministrū ecclie mortalit̄ peccat: toc̄is mortalit̄ peccat quon̄is h̄mōi actū facit. hoc tñ intellige: nisi i tali actu saltem cōteraf. Secus tñ in sacramēto eucharistie vbi vltra cōtri- tionē requirit pffessio regularit̄ quo ad suscipientē Idem posset dici in suscipiente alia sacramēta: vt sufficere p̄trino. In administratē aut̄ huiusmodi sacramēta cū solēnitare forte aliud esset dicendū.

Se. J an possit fieri cōfessio existenti in peccato mortali? Rñ. fm Tbo. q̄ licz subditus teneatur recipere sacramēta a ministro ecclie etiā existēt i mortali quousq; ab ecclia toleraf: quia adhuc ei obligat. tamen excepto casu necessitatis non foret tutum huiusmodi inducere ad executionē alicui⁹ spectantis ad suum ordinem: durante cōscientiā q̄ dictus minister sit in mortali: quam cōscientiā potest deponere: quia in instanti potest ex diuina gratia se emendare. tamē hoc modificatū est p cō- stitutiōē basilicē: quā habes infra Excom- municatio. vj.

An interrogatiōes sint faciende in cōfessione? Rñ. deo fm Ray. q̄ sic: dūmodo discrete fiant de pe. dist. v. c. j. et di. vj. qui vult. Et debēt interroga- tiones esse p̄ncipaliter de vij. vicijis capitalibz: de articulis fidei: de p̄ceptis decalogi. de sacramētis ecclie et de circūstantijs eoz: que sunt. Quis: qd vbi: p quos: quon̄is: cur: quō: qñ. Et si pffessor scit vel habet p̄babilem opiniōē de aliquo pecca-

tis que penitens nō p̄fitetur debet ei ad memoriā reducere: quia timere potest q̄ cōfitemens super hoc laboret crassa ignorātia vel q̄ non adhibuerit de- bitam diligētiā.

Et qd si pffessori occurrit aliqd de quo dubitat qd agere debeat? Rñ. p̄sulat p̄tos.

Quid si sacerdos habeat al quos parochianos surdos: cecos: mutos: vel furiosos: vel demonia- cos et tales quos scit esse in peccato mortali. Quid faciet? Rñ. deo fm Ray. debet facere posse suum vt inducat eos ad penitentiā fm q̄ est possibile q̄ si nō p̄t: oret et faciet orari p eis.

Utrū sacerdos possit absoluerē illam cum qua peccauit? Rñ. deo fm v̄y. nō debet: q̄ tollit eru- bescentia. Si tamē absoluit. tenet absolutio. Nec obstat q̄ ep̄us non potest dispensare in symonia cum eo cōmissa: q̄ dispensatio est dignitatis abso- lutiō necessitatis. Et ideo nō tāfacile amittit quis potestātē absoluedi sicut disp̄sandi.

Utrū sacerdos debeat p̄mo absoluerē q̄ penitentiā imponere. Sic fm glo. in de. dudum de se- pul. q̄ p̄mo audiat pffessio. secūdo imponat peni- tentiā. tercio fiat absolutio. Mō ergo p̄cedat abso- lutiō impositiōē penitētie: vt sic absolutiōē p̄re- cedat cōtritiō cordis: cōfessio oris: satisfactio op̄is saltem in p̄posito. hec ibi. Et hoc regulariter fien- dum. Si tamē q̄s post absolutiōē anteq̄ diuer- tat ad extraneos act⁹ imponeret penitentiā posset excusari. nā qd sit in cōtritiōē: videt inesse.

Confirmatio sacramē

ti. Utrū sacm̄ pfirmatiōis sit de neces- sitate salutis? Rñ. fm Ri. in. iij. dist. vij. q̄ susceptio sacramēti pfirmationis parvulis baptizatis nō est necessaria ad salutē. sic intelligē- do q̄ sine eius susceptiōe saluari non possunt. Sic etiam loquēdo de necessario nō est necessaria per se adultis hui⁹ sacri susceptio qūnis eis valeat ad maiore victorie p̄fectiōz. Cōtemp̄ tñ hui⁹ sacri i adultē nisi peniteat ē dānabilis. tūc aut̄ p̄tētores reputari debēt qñ h̄ita bona et sufficenti oportu- nitate suscipiēdi hoc sacm̄: ip̄m suscipere renuūt ac notabilis et negligunt.

Que sunt de suba pfirmatiōis? Rñ. fm pe. v. Duo ex p̄te ip̄i sacri. s. materia chasmat̄is et for- ma v̄boz. Duo ex p̄te ministri. s. dignitas p̄tifica- lis et intētio. Vnū ex p̄te suscipiētis. s. q̄ chasmat̄is i fronte. Mā q̄ i pfirmatiōe p̄fert audacia sp̄ualis euidenti⁹ sit in fronte. Chasmat̄is aut̄ dicit̄ oleū cui⁹ balsamo ab ep̄o sanctificatū.

Quis est m̄ster pfirmatiōis? Rñ. sol⁹ ep̄us de ple. di. v. man⁹: et c. nouissime: et c. vt icūni.

Et nū qd papa p̄t cōmittē alteri? Rñ. p̄noz. in. c. quāto d̄ p̄sue. dicit q̄ nō solū sacerdotibz: s̄ et simpli: clerico dūmō h̄eat istud sacm̄ p̄t̄mittē. Et i hac opiniōe refidz glo. in. d. c. q̄to. Ziliq̄t̄ri di- cūt q̄ etiā laico p̄t h̄ papa demādare. dūmō laic⁹ recepit istd sacm̄. Et h̄ac opi. vj. approbare glo. i d. c. man⁹. In eo q̄ apponit regulā di. q̄ ex delega- tiōe pape q̄libz p̄t cōferre sacm̄ qd ip̄e recepit. Et sic laico h̄nt h̄ mōi sacm̄ papa cōmittere posset.

Confirmatio

Communior tñ opinio videt vt laico hoc deman-
dare non possit: quia ex hoc denigraretur status
ecclesie qd papa facere nō potest. j. q. vii. Et si illa.

¶ Sz dubium est qd in collatione ordinum. glo.
in. d. c. man. vi. velle idem qd dictū est de p̄firma-
tōe. Sz collec. dicit qd collatōz minor ordinū pos-
set papa delegare simplici sacerdoti. Secus in col-
latione sacroz. qz sacri ordines hñt act⁹ et exercitiū
in p̄fectione eucharistie. nam vt dicit glo. in. c. pue-
nit. x. di. non pōt papa p̄mittere nō sacerdoti vt
p̄ficiat corpus xp̄i: qz xp̄c hoc p̄misit solis p̄sbyter⁹.
Ideo idem dōm in. p̄posito vt sicut in p̄fectione eu-
charistie papa non disponit p̄ dispositōez xp̄i. ita
nec in ordinatione ministrorū ipsi⁹ sacramēti. Sz
panoz. putat vt sacerdoti hoc possit delegare indi-
sticte. qz lz de sacro eucharistie sit dispositū instru-
tione dñica q̄ hēat illud administrare hoc tñ non
est dispositum in collatōe ordinum. nam olim p̄e-
sbyteri in p̄muni regebāt eccliaz et ordinabāt sacer-
dotes. vñ quēdamodū olī poterāt: ita vñ qd papa
possit hoc p̄cedere sacerdoti: maxime delegando.
cum nihil exerceat delegat⁹ noie. p̄prio. vt in. c. sane
de of. dele. Quinimo dico qd minor ordinū colla-
tionem possit papa sacerdotib⁹ p̄prio iure p̄cedere
Nam sacerdos pōt hodie p̄ferre p̄mā tonsuraz.
dūmodo hēat subiectum vt notat. No. in. c. cum
p̄tingat de era. et q̄. Per inferiorem aut̄ p̄larum a
papa: non pōt fieri ista delegatio non pontificib⁹.
qz non p̄nt isti disponere p̄ statutū et ordinatōz ec-
clesie. Hoc p̄bat in. c. aqua. de p̄e. ec. Et vide glo.
in. d. c. puenit q̄ ponit notabilem regulaz qd nihil
h̄z ep̄us: qd sit iurisdictionis qd non sit delegabile
p̄ eum. Secus in p̄petentib⁹ rōne ordinis ep̄alis.
vt notat glo. in. d. c. quanto.

¶ An aut̄ ea que sunt ordinis ep̄alis possint p̄ in-
feriores p̄scribi: Rñ. Panoz. in. d. c. quanto. facit
regulaz singularem: qd ea que sunt ordinis ep̄alis
non p̄nt acq̄ri p̄ inferiōz ex p̄suetudine quantū-
cūqz vetustissima. Nunc dicit Jo. an. in. c. ij. de
p̄ben. li. vi. qd quantocūqz tpe laic⁹ exercuerit actū
sp̄ialem: nunq̄ tñ pōt illum actū p̄scribere. Nam
possessio tanti t̄pis cui⁹ in iurij non est memoria h̄z
vim tituli: qñ dat̄ capacitas in exercente. als non.
Sec⁹ in p̄petentib⁹ ep̄o rōne iurisdictionis vel di-
gnitatis ep̄alis. Nam illa p̄nt p̄scribi p̄ inferiōz
clericum: vt in. c. auditis. et c. cum olim de p̄scrip.
et in. c. accedentib⁹ de ex. prela.

¶ Que aut̄ p̄tineant ad iurisdictionē. Glo. in. c. trā-
missam de elec. dicit qd sunt. vt iudicare. excōmu-
nicare. corrigere. iuramenta recipere a vasallis. p̄fir-
mare. inuestire. beneficia p̄ferre: et similia. et hec oia
in p̄firmatione p̄se q̄t elect⁹. Ea p̄o que sunt ordi-
nis: sic est. clericos ordinare. chasima p̄ficere. de po-
sino clericorū. benedicere v̄gines et ecclias et altaria
p̄secrare et similia: p̄ferunt in p̄secratōe ep̄ali. Et glo.
in. d. c. puenit dicit qd in. c. que sunt iurisdictionis
sunt q̄daz que non p̄nt demandari. nisi eis q̄ ad-
miniculo ordinis ea p̄nt exercere. vt deponere. v̄-
berare clericum. extra de sen. ex. vniuersitatis.

¶ Sed quē presupposita validitate delegatio-
nis. si delegans postea p̄hibet. nunq̄d imp̄uat

caracter ex sacramento habito p̄ interdictum dele-
gant⁹: Dic qd aut p̄hibito habenti p̄tatem h̄ mōi
sit als ex delegatione. Et tunc glo. dicit et bene qd
post p̄hibitionē nihil confert. Et idem tenet glo.
in. d. c. manus: et est p̄muni opinio. Et p̄bat ra-
tione. quia sublata p̄tate delegata nulla p̄tās re-
manet in ipso delegato. vt in. c. sup. questionū de
offi. dele.

¶ Sed dubium est. qd si p̄hibito fiat ep̄o p̄ ro-
manum pontificem: nunq̄d conferet sacramentū
post p̄hibitionem. Inno. refert quosdam tenere
qd non. qz licet papa non possit tollere sacramen-
tum baptismi. vel alia necessaria: pōt tñ circa illa
disponere. vel dando formam. vel disponendo de
p̄sone a q̄b⁹ et q̄b⁹ cōferenda sint. vt no. in. c. j. de
baptismo. Nam pape est obediendum in istis spi-
ritualib⁹ et concernentib⁹ piculum anime: nisi illa
reperiānt exp̄sse interdicta: vel sint p̄ fidē. Et no.
hanc regulam quam videt seq̄. No. in. c. quanto
de transla. p̄la. Ipse tñ Inno. p̄cludendo dicit qd
aut papa facit legem p̄ quam tollit p̄tatem ep̄is. et
nihil ageret ep̄us postea p̄ferendo. aut simpliciter
p̄hibet ep̄is ne faciant. et tunc p̄hibito non im-
pediret impressionem characteris. Dicit tamen In-
no. notabile v̄bum obliuioni nunq̄ tradendum.
qd sine causa ratiōnabili non est papa sustinendus
attentando ista vel similia p̄ vniuersalem ecclie-
siam. Et pondera ex his v̄bis duo. Primo qd nō
p̄sumit in papa causa ratiōnabilis sicut venire
p̄ vniuersalem statum ecclie: s̄ oportet qd causa sit
alijs nota. Secundo pondera qd non dicit papaz
non posse: s̄ cum non sustinendum. quasi dicat
qd ecclia vniuersalis d̄z resistere pape. tamen ecclie
sua non resistente: videt actus valere. Et panoz.
reddidit rationem huius distinctionis Inno. Nam
in faciendo legem et auferendo p̄ legem p̄tatem
ep̄is: nihil potestatis quo ad actum p̄hibito re-
manet ipsis ep̄iscopis. Sed quando simplr p̄hi-
bet: non tollit potestatem: s̄ interdicat exercitium
merito hoc casu imp̄mittit caracter non obstante
p̄hibitione pape. quia simplr p̄hibito non im-
pedit impressionem characteris in habente p̄tatez:
etiam si in p̄hibitione apponā clausula. decreti
irritans. hec panoz.

¶ Que sit forma confirmationis: Rñ. forma est
hec. Consigno te signo cruci: et confirmo te chris-
mate salutis. In nomine patris et filij et spiritus
sancti Amen.

¶ Utrum in sacramento confirmationis conse-
rat̄ gra: Rñ. fm Tho. gra p̄fert non solum p̄mu-
niter sicut in quolibet sacro p̄fert̄ gra emundans
a peccato. vel reliquijs peccati. s̄ etiaz sp̄ialis gra
p̄ quam q̄s deputat̄ ad offiū sanctitatis: et idone⁹
efficit ad xp̄m confitēdum. vnde et de grato facit
magis gratum.

¶ Quib⁹ debeat hoc sacm p̄ferri: Rñ. oib⁹ xp̄ia-
nis. nam et pueris puenient p̄fert̄: qz min⁹ hñt fi-
ctiōis. et vir⁹ et mulierib⁹ q̄b⁹ cōis est pugna sp̄ial
Item mutis: qz lz non v̄bo: signo tñ p̄nt cōsecrari.
Item morientib⁹ q̄b⁹ lz subtrahat̄ pugna. tamen
pergunt ad p̄mum militantium. Et iō puenient

accipiunt xpiane militie signum.

¶ Vtru confirmatio possit iterari. Rñ. fm theo. non pot. eo q impmat effectū indelibile de pse. di. v. dictū. z. c. de homine.

¶ Vtru confirmatio cōferri debeat ieiunio z a ieiunio. Rñ. sic. ppter reuerentiā sacri de cōse. di. v. vt epi. z. c. vt ieiuni. tñ in necessitate. melius esset confirmari post prandium q̄ si ep̄o discedente z hmoi quis nō possit confirmari.

Consecratio. j. ecclesie

¶ vel reconciliatio eius. Ecclesia a solo ep̄o potest psecrari de cōse. di. j. nemo. Nec ep̄s pot alteri delegare: nisi ep̄o: sicut nec reconciliatio extra de pse. ec. aqua. Et pot consecrari tam dieb dominicis q̄ p̄uans extra eo. tua. Necq̄ dz consecrari sine missa de cōse. di. j. c. ij. Non tamē est de substantia fm Ber. z Mo. in. c. qd̄ sicut de elec. q̄ dicunt q̄ missa dz fm ecclesiā romanā dici a consecrante. tñ si aliter fieret: teneret.

¶ Presunt ecclesia consecrata fm Inno. qm̄ apparet de hoc aliqua scriptura vel instrumentū donationis. vel in libris ecclesie vel in colūna vel in dictijs. quod idem est. vel in tabula marmorea z hmoi. vel etias si appareat vnus testis de visu vel auditu fm quosdā. Nā hoc casu cū non tractetur de p̄iudicio alterius. sufficiunt tales probationes. Et sic fac regulā q̄ sculptura in loco lapide facta. vel vnus testis facit fidē. vbi non agit de p̄iudicio alterius.

¶ Tres sunt casus in quibz ecclesia consecrata debz reconsecrari. Primus si parietes ecclesie sunt combusti vel dirupti. seu notabiliter decessati in toto vel maiori pte. Secus si solū fuerit tectū crustum. extra. eo. ligneis. Ratio fm panoz. in. c. p̄posuisti. eo. si. quia psecratio ecclesie cōsistit in exteriori pte. fit enī delinitio seu inunctio cū crucibz in ipsis parietibus ecclesie in superficie muri. vnde violat ipsa consecratio ex cōbustione parietuz. licet parietes nō corrumpant. de pse. dist. j. ecclesijs. Scds si parietes in toto: vel maiori pte corruerūt. Si vō parietes successine fuerint reparati. ecclesia eadez intelligit fm quosdā. z nō indiget reconsecratione. Sicut dicimus de nani: cui vna ps deficit z reficit cras: vna alia ps corruit. et cras reficit. et sic successine reficit etiā tota. Et tñ eadē nauis dī. vt in. l. qd̄ in rez de leg. p̄mo. Et idē dicit̄ populus. licet aliqui moriantur. z aliqui de nouo nascant. vt in. l. p̄ponebat. ff. de iudi. Sed Inno. sup Rubrica eo. ti. refert alios tenere q̄ indiget reconsecratione. Et hanc partē putat panoz. veriorē. nam in istis sp̄ialibus consideramus veritatē z nō fictionem. Sed in veritate non est illa ecclesia. ex quo ex toto vel maiori parte de nouo: licet successine: est reflecta. nam negati nō potest: quin consecratio que cōsistebat in antiqs parietibus sit sublata. Et iura cōtraria loquunt de fictione. Nec ob. si dicat. q̄ ex quo fuit reflecta prius minor pars: maior pars trahit minorē partē ad naturam suā. Sicut de aqua benedicta z oleo consecrato. dico q̄ hoc non. pcedit in istis que cōmixtio ne nō confundunt. Tertius est quādo dubitatur

an ecclesia fuerit consecrata. nec apparet aliqua probatio de his q̄ dicta sunt s. Hi tres casus notant in glo. d. c. p̄posuisti.

¶ Sunt z alij casus in quibz ecclesia nō debet reconsecrari: s̄ reconciliari. Primus ppter homicidiū cōmissum in ecclesia. d. c. p̄posuisti. Et q̄ tex. simpliciter facit mentionē de homicidio. z in hoc nō requirit sanguinis effusionē. Ideo sufficit homicidium esse sine sanguinis effusione: vt q̄ fuit laqueo suspensus vel strangulatus vel simile. Et hoc tenet glo. in. c. vnico. eo. ti. li. vj.

¶ Quid si in ecclesia fiat homicidiū casuale. vtp̄ta. homo cecidit de tecto ecclesie z mortuus est. vel aliq̄s se defendēdo occidit inuasorē. Rñ. panoz. in d. c. p̄posuisti dicit q̄ non indiget reconciliatio. quia textus ibi intelligit de homicidio violento: seu iniurioso.

¶ Quid si occidatur sanctus vir in ecclesia. nunq̄d reconciliabitur. Respon. glo. in. d. c. vnico. dicit q̄ sic. quia iura indistincte loquuntur. z secleratus est iustus occidere q̄ iniustus. Et licet ecclesia in dicto casu sit sanctificata: ex sanguinis effusi passio ne. ex ipsis tñ effusi actione bene polluit. Juxta illud. Actio displicuit: passio grata fuit. locū tñ sanguinis nō lauabunt.

¶ Quid si quis occidat extra ecclesiam vel vulneretur. z post intrat cimiterium vel ecclesiam z ibi sanguinem spargat. Respon. glo. in. d. c. vnico. dicit q̄ non reconciliabitur: licet sanguis defluat ad terram. Secus fm Directoriam si sanguinis effusio facta fuerit violenter in ecclesia vel cimiterio. licet sanguinis non fluat ad terram. vtp̄ta. colligitur cum scutella.

¶ Quid autē si supra tectū ecclesie. puta homo sagitta interficiat. Rñ. det glo. vbi supra fm Hug. q̄ nō est faciēda reconciliatio. quia extra ecclesiā videtur factum.

¶ Quid si fiat vulnus in ecclesia vel cimiterio sine sanguinis effusione: an reconciliabit. Dic fm Panoz. in. d. c. p̄posuisti. z glo. in. d. c. vnico q̄ sic p̄ tex. d. c. p̄posuisti. vbi dicitur q̄ ppter homicidia z vulnera reconciliabit ecclesia. z nō dicit: an in eis fuerit sanguis effusio vel ne. licet Panoz. dicat q̄ vulnera nō fiant sine sanguinis effusione. Et idē alia iura faciunt mentionē de sanguinis effusione. vt extra eo. c. fi. z. d. c. vnico. Et quo panoz. insert duo. Primo q̄ ppter extractionem modici sanguinis non polluit ecclesia. qd̄ denotat verbū. effusio nam illud verbū abundantia significat. Et hoc notabis ad statuta que quandoq̄ requirunt sanguinis effusionē. Secundo infert q̄ ex alia iniuria corporali citra sanguinis effusionē non polluit ecclesia. vt necessario indiget reconciliatio. Scds casus ppter adulteriū vel seminis effusionē. extra de adul. c. significasti. z de conse. dist. j. ecclesijs. Et intelligitur tñ de semine humano siue sit catholicus vel paganus.

¶ Quid si est occultū. Rñ. q̄ ad hoc vt reconcilietur ex p̄dicto casu fm Asten. requirit q̄ effusio sit notoria: magna z fornicaria. Ideo dixi. notoria. q̄ si esset occulta. non oportet reconciliari fm Jo. an.

Consecratio. 1.

in. d. c. unico. quia ecclesia non iudicat de occultis. si tunc: quoniam est manifesta vel de ea fama publica. alio oportet episcopos continuo discurrere. Ideo etiam dixi magna: quia propter modicam humectationem non esset reconcilianda. Ideo autem addidi: fornicaria. quia si vir somnians: vel uxorem cognoscendo effundat semen: non propter hoc est reconcilianda secundum Joannem. et Hugonem. in. d. c. ecclesijs. licet glo. in. d. c. unico teneat contrarium. tamen prima opinio videtur communior. Ad hoc facit de homine dormiente in ecclesia si ei accidat pollutio: etiam si esset manifesta non debet reconciliari ecclesia. et tamen si homo exposito percuraret hominem emissionem. si esset manifestum indigeret reconciliatione secundum Directoria. unde hoc. non nisi ex hoc. quia primum fuit sine peccato. secundum cum peccato. Ad hoc ad propositam quod uxor reddat debitum viro in ecclesia: vel erigat. de se non est peccatum. maxime credo quod ecclesia non indiget reconciliatione in dicto casu: si imminente necessitate uxor redderet debitum viro: vel e contra in ecclesia. puta erant longo tempore reclusi. et exire non poterant. Item reconcilianda est ecclesia propter vicium sodomiticum. Tertius si excommunicatus fuit in ecclesia sepultus extra eam. consuluit. et ista corpora si discerni possunt sunt exhumanda et extra ecclesiam et cimiterium eicienda extra de sepul. sacris. Item etiam si in ea sunt sepultus paganus vel infidelis. tunc eius corpora non solum sunt exhumanda et eicienda. sed et parietes radendi et tigna. Item secundum Joannem. in. d. c. consuluit quoniam fuit sepultus excommunicatus. Item de hoc. Sed predicta quo ad rationem parietum non placent panorum. quia si raderent parietes violaret consecratio ecclesie. sic esset reconsecranda: et non reconcilianda. Nec ob. capitulum. ecclesia de conse. dist. j. quia loquitur in ecclesia nondum consecrata. et tunc servari potest quod dicit Joannem. Quartus casus: si ecclesia: vel altare vel cimiterium ab episcopo publice excommunicato consecrentur vel benedicantur polluta sunt. nec ante reconciliationem celebrari debent. nec aliquid sepeliri. ar. d. c. consuluit ubi hoc. Item de panorum. reddit rationem. quia si sepultura corporis excommunicati polluit ipsum locum. fortius quoniam ipsa consecratio transit per manus notorie excommunicati. Et in hoc facit regulam quod omnia que consistunt in exterioribus benedictionibus et consecrationibus non debent exerceri per fideles si gesta sunt per notorie excommunicatum ante reconciliationem. Secus in corpore christi et alijs sacramentis. nam illa sunt verissima in se. nec indigent reconciliatione. licet excommunicatus consecrerit.

¶ Quid de muliere pregnante mortua. Ber. et Hof. dicunt quod sepelietur in ecclesia. quia fetus est pars ventris de conse. dist. iij. si qua. Item autem distinguit. quod aut certum est quod fetus mortuus est. et tunc non inciditur mulier. sed cum partu sepelietur. Nec obstant iura que volunt quod paganus non sepelietur in cimiterio. quia intelligunt quando paganus sepatus est ab utero matris christiane vel in utero matris pagane ibi sepultus fuit. Secus si in utero matris christiane. quia nec comode discerni potest. Et ideo non est exhumandus. Si autem certum est quod partus vivit vel dubitatur. tunc omnino incidatur. ff. de mor. infel. l. ij. Item de Ber.

¶ Sed quis potest ecclesiam reconciliari. Dicunt Gregorius. prophanus per se vel per alium episcopum. et potest unus aqua benedicere. et alius reconciliari. Per simplices vero sacerdotes non potest: etiam si sit consuetudo extra eam aqua.

¶ An autem papa possit committere reconciliationem simpliciter sacerdoti. Item. glo. in. d. c. aqua. et Panorum. ibi dicunt quod sic. Et idem dicendum secundum Panorum. in omnibus que sunt iuris episcopalis ex dispositione humana. quia in illis papa habet plenitudinem potestatis. ut in. c. propositum de conse. p. Sed ea que ex dispositione divina sunt tributa certo ordini non possunt committi: illi ordini non habenti etiam per papam ut vult glo. in. c. puenit. xv. di. Et nota hanc regulam. De hoc vide supra. c. primo.

¶ Quid si quis celebrat in ecclesia seminis vel sanguinis effusione polluta: an efficiatur irregularis. Item. glo. in. c. si sciens si sciens in ea celebrat: non est propter hoc irregularis de sen. ex. is. q. li. xj.

¶ Quid fiet si ecclesia non consecrata fuerit sanguis vel seminis effusione polluta. Item. secundum Panorum. in. c. si. eo. ti. quod organa clericorum ibi suspenduntur. Ita quod necdum missa. sed nullum officium debet ibi celebrari ante reconciliationem: que fieri potest per simpliciter sacerdotem: lavando ecclesiam aqua exorcizata que etiam fit per simpliciter sacerdotem. et non cum aqua benedicta cum vino et cinere: cum qua reconciliatur ecclesia consecrata. et non requirit presentiam episcopi. quia si exigeret presentiam episcopi: non posset immediate reconciliari. et tunc textus dicit quod quicquid presbiter consecrat. Eadem ratio posset dici: quod non requirit licentiam episcopi per textum. ibi quod debeat presbiter lauari. quod non fieret si oporteret mandatum episcopi expectare.

¶ Ecclesia precipue consecrata vel oratoria: monasteria vel hominibus non debent converti ad seculari habitationem et prophanos usus. xij. q. iij. que semel. et c. quoniam et extra de re. do. ad hoc. Et quo infert ibi Panorum. quod malefaciunt illi que ex vestibus sacris: vestustate consumptis faciunt vittas per dominabus seu burfas: seu quid simile. Et vide textum in. c. ad nuptiarum. de conse. dist. j. ubi dicit quod vestes ecclesie non debent accommodari ad ornatum nuptiarum. nec ad alium usum mundanum. Et ex illo textu colligit ibi glo. quod ex veste domine non debet fieri capsula. seu aliud vestimentum ecclesie. licet contrarium observetur. Et ideo papa Sixtus quartus dedit licentiam ut ex vestibus mulierum et secularium possint fieri ornamenta et paramenta ecclesie. Nota etiam prohibetur. de conse. di. j. c. ligna. quod ligna ecclesie cum fuerint vetustate consumpta non debent reponi in loco indecenti. ut puta in coquina vel latrina. nec etiam in pastinandis vineis. sed in loco honesto. ut in claustro vel refectorio vel hominibus vel igni comburanda: nec ad laicorum opera debent admitti.

¶ Consecratio. ij. scilicet altaris. Alia est consecratio ecclesie alia altaris. Et ideo una sine alia fieri potest extra eo. c. j.

¶ Altaria sine reliquijs consecrari non debent de conse. di. j. placuit. et c. non oportet. Et potest episcopus in

Consecratio. iij.

Quibus casibus exceptis non licet celebrare in loco non sacro nisi de consensu episcopi per dictum. c. missarum. Nulla autem necessitate licet celebrare in mari vel super fluvium. Et secundum De. de pal. extra ecclesiam sine necessitate nunquam licet celebrare sine licentia episcopi. Sed non habentibus capellas licet potius celebrare in campo vel in domibus privatis. dummodo alia necessaria habeant. Et hoc ubi licentia episcopi haberi non possit. Et ideo a principio si comode licentia haberi potest: ab episcopo peti debet. In exercitiis etiam christiana novum idem sciendum.

Consecratio. iij. scilicet cimiterij. Alia est consecratio ecclesie. Alia cimiterij.

Cimiterium pollutum esse censetur quando ecclesia est polluta effusione sanguinis vel seminis. dico si sit contiguum ipsi ecclesie. et antequam reconciliatum sit. non debet in eo aliquis sepeliri. Secus si cimiterium ipsum esset remotum ab ecclesia. Sed econtra polluto cimiterio non est polluta ecclesia. ne minus dignum trahere videatur maius. Et non est cimiterium unum: sed plura quam paries est in medio. licet sit ibi porta in pariete.

Sed generaliter in c. unico. e. ti. li. vi. querit. pone quod sint duo cimiteria. et sit paries in medio et porta in pariete. et in porta sit iniuriosa sanguinis effusio. queritur an utrumque cimiterium sit interdictum. potest dici quod aut est commissa in porta. hinc ex parte magis adherente unum. Et tunc illud est violatum. putat dicit de heremofrodito. ff. de sta. ho. queritur. Aut facta fuit in medio porte. et tunc consideramus cuius causa fuerit factus paries et porta. ut dicit Jo. an. Aut est dubium: quia non potest apparere cuius causa sit facta. et tunc cum participet de utroque. dicitur utrumque violatum. Ita dicimus hic. Et in dubio videntur appolita ut faciant duo cimiteria principaliter. non autem accessorie ut vult dictus textus. Et per premissa idem dicit si in porta ecclesie fiat talis iniuria. Jo. an. et Jo. de Imola dicunt quod forte istud vltimum dictum est verum: quando intra clausuram ostij versus ecclesiam facta est pollutio. Secus si ex parte que est versus locum extra ecclesiam.

Si in cimiterio corpora fidelium defunctorum sepulta sunt ab excommunicatis: scismaticis: vel infidelibus et hereticis. non propter hoc debent exhumari. De sacra. non iterum a nobis.

Cimiteria non consecrata: in quibus corpora paganorum vel hereticorum vel excommunicatorum sepulta sunt. non debent consecrari de conse. di. j. ecclesia. Sed corpora ibi sepulta debent inde prius eici. et parietes et tigna radi. Et tunc si apta fuerint poterunt consecrari. d. c. ecclesiam. Si autem consecrata fuerint prius eodem modo corpora predicta inde eicienda sunt si discerni possunt. aliter non. extra de sepul. sacris. et ipsa cimiteria reconcilianda sunt. Sicut de ecclesiis dictum est. Sed in ecclesia consecrata parietes nullo modo radendi sunt. ut dictum est supra. consecratio primo. Quia tunc esset reconsecranda et non reconcilianda.

Corpora sanctorum nemo presumat transferre sine

licentia principis vel episcopi de conse. di. j. corpora. ubi dicit glo. quod per principem intelligit papa. Et hoc verum si corpora tradita sunt perpetue sepulture. aliter sine auctoritate alicuius possunt transferri secundum glo. ibi. Idem videtur et de ossibus aliorum fidelium. ff. de re. et sump. fu. l. ossa.

Consecratio. iij. scilicet vestium. palliarum. et vasorum. Vestes sacerdotum et ministroz. palee altaris. et vasa sacra. et omnia similia non debent conuerti ad usus laicos. Sed si quod sunt vetustate presumpta comburi debent. et cineres in ecclesia reponi. xx. q. iij. q. semel. et c. quoniam de conse. di. j. altaris.

An autem simplices sacerdotes possunt benedicere vestes sacerdotales. et alia ornamenta ecclesie. vel altaris. Respondeo. Archiepiscopus in c. degradatio. de pe. li. vi. Et multi alij in de. attendentes de sta. mo. dicunt quod non. Tamen per S. d. dictum papam quartum indultum est ut simplices sacerdotes ordinis minorum possint benedicere quocumque ornamenta ecclesie vel altaris. et vestes sacerdotales et alia. excepto copiali. Nota secundum De. de pal. putat recitat Archiepiscopus. flo. in sum. quod de longo manipulo licet facere stolam vel cingulum. quia omnia hec vna benedictione consecrantur. Et cum capsula. i. planeta est dupla. cum possit esse simpla. et super qualibet partem sit benedictio. in celebrando uti potest ex utraque parte. Et si vna pars amoveatur ab alia remanet benedicta. et potest in ea celebrari. Et similiter de dupla stola. Item secundum eundem De. quando vestimenta reparantur propter paupertatem videtur distinguendum quod aut tanta pars amota fuit: quod sine illa non benediceretur vel celebraretur ut tota manica vel pars superior. et tunc desinit esse benedicta. Si autem modica particula. cuius defectus: nec benedictionem impeditur: nec celebrationem. tunc licet celebrare. nec est hoc simile. sicut de oleo benedicto.

Conseruator. Require infra. Excommunicatione. xxvii.

Consilium. tenetur quilibet inquirere ubi canetur a iure. Sed tamen non tenet illud sequi. tenet tamen expectare debito tempore donec consulat sapientem aliter non valerit: si fieret quod cum consilio fieri debet. querit cum consilio de iure: ut aptius consulens videat quid sit agendum extra de elec. ne pro defectu. ubi de hoc in glo. et c. cum in veteri co. n. et c. cum olim de arbi. ubi glo. querit. ad quid est petere consilium si non est necesse illud sequi. Respondit quod certe potest esse quod tale consilium sit vtile. quia potest mouere prelatum ad aliquid faciendum. quod forsitan per se non fecisset. quia quod a pluribus querit. facilius inuenitur. xx. di. de quibus. Et habito consilio deliberet: an expediat ei sequi consilium. Et ideo dicit Panor. in c. ad nostram de consue. quod est vtile in facto dubio exquirere consilium a pluribus tam literatis quam illiteratis sapientibus et insipientibus. Nam quandoque parum sapientes habent in certa re eleuati intel-

Consuetudo

hanc facultatē. et ex rancore animi faciūt vindictā
Secus si daf. vt ministro legis vt faciat iusticiam.
qz statutu potest illos cōsanguineos ministros le-
gis facere. xxiij. q. v. non est crudelis. Per predicta
etiā pōt solui q̄stio. nunqd valeat statutu: vt bāni-
tus possit impune occidi. Et dicēdū q̄ sic. si fiat ex
causa rōnabili vt qz bānitus est hostis ciuitatis de
quo p Bar. in. d. l. oēs populi.

¶ An autē valeat cōsuetudo aut statuta q̄ vigent
in aliquibz ciuitatibz: maxime florentie: vt bona fi-
liorum et vxoz. et etiā ipsi filij possint capi p deli-
cto fallente. i. qm̄ pater fallit: seu cedit foro. Et idēz
in similibz casibz. nā amore cōiugis et filioz sepe ho-
mines retrahuntur ab illa fallentia. Illa tū statuta
fm̄ Panoz. in. c. ex pte. de consue. sunt iniqua. qm̄
ex necessitate quis inducūt ad fallendū. Sed quia
multi fallunt ex pposito. ideo emanarūt illa statuta
An autē cessante rōne statuti sit obseruandū illud
statutu cū tanta iniquitate et damno filioz et vxoz.
Panoz. remittit se ad no. p Inno. in. c. quia
pleriqz de imm. ec. Similis tū casus habet in. l. fi.
l. de p̄mipi. li. xij. vbi bona mulierz sunt obnoxia
p culpa mariti. et etiā bona filij etiam emancipati.
Et dicunt p̄mipilarij illi qui deferebant in bello
p̄ma pila. i. tela. et ppter magnū piculum qd̄ verte-
batur in eis cū erant p̄mi in bello fuit indicta ista
specialitas: vt si ipsi cōdēnati: q̄ se prauē gessissent
in officio. et non haberent unde soluerent: poterit
man⁹ extendi ad bona vxoz et filioz. Et hoc fuit
statutu. quia ppter gemitus vxoz et filioz male ge-
rebant eoz officiu.

¶ Sed oritur questio pulchra: quare valet cōsuetudo
cōtra canones et nō statutu. Et quare seculari-
bus psonis fuit indultū vt legē possint condere p̄
leges imperatorz. et nō sic fuit indultū viris ecclesi-
asticis: vt possint p̄ canones statuere. Rūdeo Panoz.
in. d. c. fi. dicit istā fuisse rōnē. quia ius ciuile si
naturaliter tendit in bonū publicū et vtilitatē priuato-
rum. vnde si populus vult sibi p̄iudicare legē p̄tra
condendo. Imperator nō curabit. quia pōt populu
in hoc renunciare fauori suo: vt in. c. ad apostolicā
de regula. Item quia mores hominū sunt diuersi.
Ideo voluit imperator. vt quisqz populus possit
facere legē. non tū cōtra honestatē nec contra iura
reseruata principi. s̄ in p̄iudiciū duntaxat eoz. ad
hoc. d. l. oēs populi. et qd̄ ibi notat Bar. Sed ius
canonicū principalit̄ intendit hominē dirigere in
deū vt veniat ad bonū publicū ecclesiasticū vnde
statutu contra editū ab inferioribz p̄sumit temera-
rium et ambitiosum et fini eterno contrariū. Ideo
nō potest papa dare potestātē statuendi cōtra ca-
nones. Sed cōsuetudo tolerat. quia surgit ex taci-
to consensu: et non p̄sumit tanta ambitio. Dicit tū
Bal. vnū singulare dictū p. l. si hominē. ff. manda-
ti. q̄ ex causa vrgenti et verisimiliter nō p̄uisa a ca-
none potest fieri statutu contra canonē. et multum
bene facit illa lex. Ibi em̄ dicit q̄ si dedi mandatū
speciale alicui: vt manumittat aliquē seruum. certe
potest procurator generalis domini ex noua causa
interdicere pcuratori speciali. ne manumittat: q̄ si
ex noua causa per dominū non considerata possit

pcurator generalis venire cōtra mandatū specia-
le ipsius domini. Ita dicendum in inferioribus vt
possint ex noua et vrgenti causa statutu edere con-
tra speciale statutu superioris. Et p hoc dictum et
illam legem: tene menti istud dictum singulare. q̄
ex noua causa potest legatus generalis prohibere
delegato pape speciali: ne pcedat in causa sibi com-
missa. q̄ in illa causa delegatus specialis dicatur
maior legato generali. vt in. c. studuisti. de offi. le.
Sed hoc admittitur ex noua causa non considera-
ta per papam.

¶ Que autē requirant ad consuetudinē inducen-
dam. Glo. in. c. fi. de cōsue. in principio enumerat
x. vel. xj. In fi. tamē videt recedere a p̄dictis. et solū
exigere. duo. P̄mo q̄ sit rōnabilis. Secundo q̄
sit p̄scripta. non tamē intelligendū vt consuetudo
p̄scribatur: sicut p̄scribat dominū alicuius rei. s̄ de-
bet esse p̄scripta. i. obtenta p̄ cursum t̄pis requisitū
ad p̄scriptionē.

¶ Quantiū t̄ps requiratur ad consuetudines in-
ducendam. Panoz. in. d. c. fi. dicit q̄ varie sunt opi-
niones. Sed concludit. q̄ aut querit de iure ciuili
aut canonico. P̄mo casu cōmuniter tenet vt suf-
ficiat t̄pus. x. annoz etiā si cōsuetudo sit p̄tra ius
quod pbant legiste hac rōne. Iura requirunt lon-
gum t̄pus ad inducendū cōsuetudinē. vt. l. que
sit lon. cōsue. in rubeo et nigro. Sed longū t̄ps dici-
tur. x. annoz. vt. l. de p̄. lon. t̄. per totū. De iure
p̄o canonico. dicit q̄ aut consuetudo est p̄ter ius. et
sufficit t̄pus. x. annoz. ad hoc glo. notabilis in. c.
fi. e. ti. li. vj. qd̄ videt limitandū nisi consuetudine
nati ad detrahendū iuri alicuius ecclesie. quia tūc
sicut in p̄scriptione ecclesie requirit t̄pus. xl. anno-
rum. Ita in cōsuetudine. Et hoc est notabile dictū
Inno. in. c. cū dilectus. eo. ti. qd̄ est bene notandū.
videtur tū Inno. restringere. quando consuetudo
est contra ecclesiā particulare. Secus si contra ec-
clesiam vniuersalem. Sed panoz. dicit non videre
ad hoc bonā rōnem diuersitatis. quia nō debet cē-
minus fauorabile totū corpus ecclesie: q̄ aliqd̄ mē-
bri ecclesie. Aut cōsuetudo est cōtra ius canoni-
cum. Et tūc requirit t̄pus. xl. annoz. et in hoc ca-
su requirit q̄ cōsuetudo sit p̄scripta. Et quare ma-
ius tempus requiratur qm̄ est cōtra ius: q̄ quando est
p̄ter. patet. Verūtāmē videt verissimū q̄ vbi con-
suetudo venit contra ea que sunt reseruata princi-
pi in signū sp̄alis p̄uilegij. tūc vtroqz iure requirit
t̄ps. de cui⁹ iñcio nō est memoria. vt in. c. sup̄ qui-
busdam de verb. sig.

¶ Quero quot actus vel vices requirant ad indu-
cendā consuetudinē. Rū. panoz. vbi s̄. dicit q̄ de
hoc sunt multe opiniones. Sed cōmunis opinio
est q̄ requirunt tot actus. et ita notarij. vt verisimil-
traherint in noticiā populi. Nā nō actus. s̄ tacit⁹
p̄sensus ppli inducat p̄suetudinē. vñ vbiqz ex cō-
iucturis h̄r tacitus p̄sensus populi. tūc nō curatur
de magna frequentia actū.

¶ An autē vnicus actus notorius inducat cōsue-
tudinē. Quidā dixerūt q̄ sic. Sed Bar. contra. in
d. l. de quibz. quia consuetudo introducitur ex fre-
quentia morum. sed cessat frequentia vbi est nulli

unicus actus. Tres est contra substantiam et signifi-
cationem vocabuli. na consuetudo est qsi cominus
assuetudo. Itē ex unico actu qntūcumq notorio
nō potest dici cōsensus populi. quia forte p errore
vel causa euitandi scandalū pplis pma vice nō con-
tradit. Distingue tñ: q aut ille unicus actus habet
cām successiuā. et sufficit. si habuit cōtinuationem
tpis. et sic inducitur cōsuetudo vt in. c. cū de beneficō
de p̄b. li. vi. nā si beneficiū seculare cōfert regulari:
et possidet p regulare tpe habili ad cōsuetudinem
inducendā efficiat illud beneficiū regulare. licet vni-
ca collatio interuenerit. et contra. qz illa collatio hz
actū successiuū. s. possessionē cōtinuatā p regulare
Itē dic si edificaretur pons in publico et haberet
cām pmanētē. Sed Bar. in. d. l. de qbus sentit
q requirant ad min⁹ duo actus in dicto casu. Di-
cit em q si qd facit pontē in platea cōis ab vna do-
mo ad aliā. alius sibi facit qd est introducta p̄suetu-
do fm Bul. de cu. qz isti duo actus sunt adeo no-
torij populo q comprehendit tacitus eius p̄sensus.
Secus si fieret in loco nō publico vel in loco nō cō-
uersabili. nā ea q palā fiunt. dicunt frequēter fieri
ff. de n. nup. l. palam.

An autē ad inducendā consuetudines sufficiat
q maior ps populi vta illa p̄suetudine. Rū. pa-
nor. vbi s. post glo. dicit q sic. Intellige tñ de maio-
ri pte populi habēte p̄sensus habitē ad introducē-
dū legē vel cōsuetudinē. nā mulieres infantes. et fu-
rosi nō cōputant in numero. qz isti nō p̄nt legem
condere. vt in. l. j. ff. de leg. Itē intellige glo. de con-
suetudine. q̄ distinguit totū populū. Sed si tracta-
remus de p̄suetudine introducēda in aliquo colle-
gio. sufficit maior ps illi collegij. hoc tñ limitarem.
nā maior ps nō sufficit ad introducēdū legē. qz ma-
ior ps istarū duarū nō sufficit ad disponendū. vt in
c. j. de his q̄ si. a. ma. p. capli. Et ideo dicit q̄ saltez
due pres illi vniuersitatis seu collegij debēt eē sci-
entes q̄ illa p̄suetudo introducitur.

An autē unicus actus interueniēs p̄ p̄suetudinē
interūpar ipam p̄suetudinē. Cōcludē q̄ aut con-
suetudo nō erat adhuc cōpleta. et tūc interrumpit̄
Ita qz nō est opus de nouo incipere. qz p hoc non
apparet de tacito p̄sensu ppli. qz velut inducere con-
suetudinē. cū fecerit actū p̄trariū. ar. eē de ap. solli-
tudinē. in. fi. Aut p̄suetudo erat cōpleta et p̄fecta
et tūc unicus actus p̄sensū eā nō tollit. s. oporet qz
tollat eō tpe et mō. quibz fuit inducta. q̄a iā lex est.
Et ideo dicit tolli tanq̄ lex. Credo tñ indifferentē ad
eā tollendā sufficere tps. x. annor.

Consuetudini rōnabili alicui⁹ loci nō derogat̄
p̄ statutū nouū pape: nisi illud exp̄mā. vt extra de
consti. c. j. li. vj.

Consuetudo in delictis inducitur p̄ binus actum
rv. q. ij. Ita nos. hoc tñ nō est p̄prie p̄suetudo. nā
fm Panor. in. c. j. e. t. appellacione consuetudinis
intelligit de ea q̄ tenet. et q̄ iā p̄scripta ē. vt in. c. eu-
mana. de elec. De hac p̄suetudine in delictis. vide s.
singularia. c. Adulatio.

An autē cōsuetudo possit derogare legi positine
etiā p̄ceptiue. Rū. panor. in. c. j. de tre. et pace. post

glo. ibi. dicit qz lex positina etiā p̄ceptina non obli-
gat ad p̄ctm si nō fuit morib⁹ vtentū recepta. vel si
in dissuetudinē abiit. Et hāc opinionē tenet Hof.
et Inno. et Hosti. in sum. Sed in. d. c. j. tenuit ip̄e
H. Do. s. iij. Douet. qz si est lex p̄ceptina. q̄ a p̄nci-
pio ligauit diuētes ad peccatū. q̄ p nō obseruā-
tiam nō tollit eius dispositio. qz tps nō est modus
tollendi obligationē. Alij vō distinguūt int̄ leges
q̄ apponūt penas ipso facto. et illas q̄ mandāt pe-
nas infligi. vt in p̄mis nō habeat locū cōsuetudo
p̄na. cū statim p̄faciēdo incidit in penā et in fa-
ctū dānatū. xxij. q. j. audim⁹. d. an. distinguit
qz aut lex p̄ceptina emanauit in fauorē puatū. et p̄e
tollit cōsuetudinē. Sicut p̄t tolli pacto et renuncia-
tione. d. l. de quibz. Aut emanauit in honorez dei.
aut fauorē publicū. et tūc si subditi nō obseruauerūt
scitē supioze et patētē. talis lex nō ligat. nec requir̄
alia p̄scriptio. qz et q̄ superior videt et patēt. si nō vi-
detur velle qz lex sua vinculū iniciat. Sed si supioz
ignorat. tūc peccat diuēdo. S. p̄ H. Do. et d. an.
videt ter. in. d. c. fi. vbi text⁹ aperte p̄bat qz ois lex
humana p̄t tolli p̄suetudine. dūmō sit rōnabilis
et legitime p̄scripta. vñ ibi solū reseruat̄ p̄ cōsuetu-
dinē ius diuinū. nec puati dicunt tollere legē supe-
rioris. s. ipse superior p̄sensum p̄stando huic p̄sue-
tudini in eo qd statuunt iura. vt p̄ cōsuetudinem
possit tolli ius positiuū. d. c. fi. Et ideo distinguerē
qz aut lex p̄ceptina nunq̄ fuit recepta in obseruā-
tia sciente legillatoze: valente p̄dicere et nō cōtradi-
cente et talis lex nō ligat. Et puto qz nō requiratur
tps ad inducēdā p̄scriptionē. s. sufficit bin⁹ vel tri-
nus actus in cōtrariū. qz hic nō agim⁹ de p̄scribere
do p̄ legē. s. de impediēdo vinculū. nā p̄ binū vel
trinū actus apparet de p̄sensu superioris. ar. d. c. Ita
nos. Si vō aliq̄ obseruat. et aliq̄ non in eodē loco.
tūc nō seruātes nō vident̄ excusari. vt in. c. cū iam
dudū. de p̄b. Intellige tñ hoc: qm maior ps seruat.
tūc minor ps nō excusat. et tūc intelligit illud dictū
multa p̄ patientiā tollerant̄ et. Aut superior ignorat
et tūc puto qz requiratur p̄scriptio. xl. annor. dūmō
cōsuetudo sit rōnabilis. vt qz fundat sup aliq̄ rōe
vt in. d. c. fi. Nec ob. qz a p̄ncipio hoies peccauerūt
diuēdo. nā duplex potest esse r̄sio. P̄mo qz si
moti fuerūt ex aliq̄ rōnabili causa nō peccauerūt:
qz ipsemet superior in dultisset. Ad hoc qd notatur
in. c. erit autē. iij. di. vbi tria requirunt ad hoc. vt lex
liget. P̄mo qz sit facta p̄ eum q̄ habet potestatem
condendi legem. Secundo qz sit publice. p̄mulga-
ta. Tercio qz p̄ inferiores seu subditos sit suscepta.
Secundo respondet qz successores eorum qui con-
trauerunt nō peccauerunt. quia potuerunt exti-
mare: qz ex aliqua rationabili causa illa lex non sit
in obseruātia. Si vō lex p̄ceptina fuit recepta. sed
tamen per dissuetudinē contranentum est. Dic vt
supia. Et qz lex p̄ceptina non illaqueat sciente su-
perioze: et non contradicente. allego bonum textū
cum glo. xx. distinc. c. j. et. c. cum olim de cle. conti.
